p° ppō tis post dicetur. ¶ Propter ista dicta eius pono propo-
sitiones aliquas. pma est. q̄ succedentibus sibi s̄m p̄sen-
tialitatez duobus similibus visibilibus in eodē situ ꝛ in
eadem oppositione ad eundez videntē: cuz primū fuerit
totaliter extra oppositionē debitā ad videntē: nō simul
ab illo videbit̄ cū secūdo: neq3 s̄m videbitur cum pmo
anteq̄ ipsum 2m sit in debita oppositione ad videntez.
hec ppositio nota est per experientiaz. vnde si post vnū
foramē corporis iterpositi succedant visibilia talia. vbi
gratia. duo oua simillima. a. ꝛ. b. ab oculo existente circa
foramen non videbit̄. a. quādo exiuerit oppositionē fo-
raminis ꝛ sibi successerit ac videbit̄. b. similr nec. b. vi-
debit̄ anteq̄ ipsum sit oppositū foramini: ꝛ dum. a. erit
ibi ac videbitur. Et hec pz manifeste ex eo q̄ is tali casu
nunq̄ experietur aut iudicabit se simul illa duo videre:
ꝛ tn̄ si corpus illud mediū in quo est foramē tolleret̄ de
medio: ceteris silr se hn̄tib⁹: experiret̄ ꝛ iudicaret ambo
illa vidē. ꝛ ita vtrūq3 eēt. ex quo pz q̄ occultatū seu illud
qd̄ oppositionē exiuerat: aut qd̄ nondū erat oppositū nō
simul cuz reliquo videbat̄. Ex hac sequit̄ alia: videlz q̄
duobus visibilib⁹ sibi s̄m existētiā succedentibus: sic. s.
q̄ pmū nō est in rerū natura simul cū scd̄o non simul ab
eodē videtur vtrūq3. hoc pbat̄. q2 si aliquod visibile qd̄
fuisset ꝛ nō esset simul videret̄ cum eo q̄ tunc esset: eadē
rōne vel maiori visibile qd̄ fuisset p̄sens ꝛ nō eēt p̄sens:
esset tn̄ in rerum natura. vbicūq3 esset ceteris parib⁹ vi-
deret̄ cum eo qd̄ tunc esset presens. pz hoc: q2 q̄ntum ad vi-
deri actualis existētia nō derogat ipsi visibili. nec aliqd
nō existens est magis visibile q̄ esset si existeret ceteris
paribus. sed ↄn̄s pz esse falsum ex ppōne posita. igit̄ ꝛc.
Per idē ēt pbat̄ q̄ non simul cū eo qd̄ actu est videtur
aliud qd̄ nōdū est: ꝛ sibi succedet. ¶ Ex his sequit̄ alia. s.
q̄ siue pmo mō siue scd̄o sibi simillima visibilia succe-
dant nō remanet cū vz 2m aut saltē ipsa nō manet visio
prioris. pbat̄. q2 alias simul cū scd̄o videret̄ pmū. Seq-
tur etiam q̄ visio posterioris nō est aut saltem nō est vi
sio illius dum pmuz actu videtur: q2 alias simul vtrūq3
videret̄. Et q2 ipossibile est nāliter vt duo p̄ aut 2° mō
sibi succedētia simul videant̄: ipossibile est etiā nāliter
vt visio prioris maneat visio eius qn̄ 2m vz. ꝛ hoc dire-
cte est contra secūdā ↄnem huius socij pxime positā ac-
Confirmat̄ ceptam in eo sensu is quo eaz ponit. ¶ Et illud etiā alr
confirmo sic. si visio prioris manet. igitur ꝛ notitia com-
plexa sequens. verbi gratia. qua cognoscebat̄ ipsum esse
etiam manet. pz s̄m dicta eius: quia talis notitie comple
xe vel sola simplex intuitio est imediata causa effectiua.
non excludendo tn̄ cām pmam: que deus est: ꝛ cū illa re
maneat vt ponit̄: manebit ꝛ ipsa aut etiam ipm obiectū

visionis est cum causa. ꝛ idem sequitur: q2 s̄m sociuz de
causabile ab vno simillimoꝝ cābile est a reliquo: ꝛ sic vi
sibile s̄m succedens supplebit causalitatem pmi: ꝛ con-
seruabit illam cōplexam notitiaz. Sed ↄn̄s est ipossibi-
le: q2 talis notitia cōplexa esset falsa. ꝛ sic notitia esset er
ror vel in errore conuersa: qd̄ naturaliter esse nō potest.
¶ Ad rationem autem eius pro illa sua conclusione 2° ad rōnē
respondeo negando an̄s. ¶ Ad probationē dico q̄ clau- Sco.
dens oculos vel diuertēs nec experitur se videre nec vi-
det rem prius visam: sed videt quādam qualitatem seu
passionem factam in exterioribus oculi ptibus a re pus
visa. ¶ Ad cōfirmationem dico q̄ salua reuerentia alle
gantis. non inuenio Arist. sic dicere vt allegat: nec talem
sententiam ibi ponere. Sed volens probare q̄ a sensibi
libus fiunt passiones in sensib⁹ addidit exempla de aspi
cientibus multo tempore vnum colorem: quibus diuer-
tentibus oculos aliquid tale videtur. vnde lr̄a eius est. 16 som.
eiusmodi videtur non dicit illud videri qd̄ pus videba ꝛ vig.
tur. Et idem postea dicit de aspicientibus solem ꝛ dat ex
perientiam. q2 accipit inquit visum videre pmū quidez
huius colorem donec permutat̄ in puniceum: deinde in
purpureuz: quousq3 in nigrū veniat ꝛ euanescat. Ex quo
manifeste pz q̄ tale tūc apparēs nō est illa res que pus
videbatur: sed aliqua passio facta in organo sensus. talis
enim est que sic remittitur paulatim ꝛ tandez euanescit
ꝛ nō ipsa res que prius videbat̄ ꝛ integra manet in esse
suo. Et huic simile Aug. 2. de tri. dicit in eadem experiē- cap. 2°
tia. vnde ait. Or quasi versant̄ in conspectu quidaz colo-
res lucidi varie sese cōmutantes ꝛ minus minusq3 ful-
gentes donec omnino desistāt. ¶ Ad secundam pbatio-
nem eiusdem antecedentis dico q̄ sicut est alius ꝛ alius
sonus totaliter vel partialiter qui addit̄: sic cōformiter
est alia ꝛ alia auditio: ꝛ si succedit vn⁹ sonus imutās au-
ditum suum sensatū per auditum alteri sono: sic ꝛ in aīa
auditiōi succedit auditio. ꝛ istud pbat̄ ex dicto Aug. 14. cap. 10.
de tri. dicētis: q̄ si aliquid sonet vbi adest auditor simul
incipiunt simulq3 desinūt ꝛ sonus ꝛ ei⁹ auditus. Hoc aūt
non esset verum si auditio prime partis soni remaneret
simul cū secūda. Probatur etiam per rōnem: q2 si quis
proferat me audientem istam dictionem dicens auditio
prime syllabe non est auditio scunde: cū sint soni diuer-
sarum specierum: vt sonus do. ꝛ sonus mi. diuersoꝝ aūt
specie sensibiliū nō est vna auditio neq3 nūero neq3 spe
cie: sicut nec eadez visio albedinis ꝛ nigredinis. Similr
nec auditio pme littere est auditio secūde pp̄ter eandez
causam: ꝛ sic est de alijs. Et sic pz q̄ sicut sibi succedūt so
ni imutātes: sic succedūt sibi eorum auditiones in aīa.
¶ Scd̄a ppositio pncipalis est q̄ si duo visibilia simil- 2° ppō
lima eidē videnti obijciant̄ successiue in eodē situ. Sic
tn̄ q̄ pmū nō desinat obijci cū 2m obijcit̄ nō eadē visio-
ne primo ꝛ adequate qua videbatur pmū videbitur se-
cundum. pbat̄: q2 si obijciatur nunc mihi albedo remis-
sa tanti gradus: ꝛ deinde intendat̄ ad duplum nō eadez
visione p ꝛ adeq̄te qua videbit̄ pma medietas videbit̄
scd̄a. pz s̄m dicta socij superi⁹ recitata. pz ēt: q2 alias ad
intensionem visibilis non intenderet̄ visio: qd̄ est cōtra
experientiam. nā intensius visibile clarius ꝛ melius vz
ceteris parib⁹: qd̄ nō eēt nisi visio eēt itensior. igit̄ si duo
visibilia simillima eidē vidēti obijciant̄ successiue in eo
dem situ ꝛc. pz consequentia: q2 nāliter non est possibile
aliter duo simillima eidē in eodez situ obijci mō dicto.
¶ Sed. Si per diuinam potentiam aliter duo sic obijcerē
tur vel illa fierent sic per se vnum sicut due medietates
pfectionales cōstituunt vnā formā: vel nō. si sic. idez iu-
dicium vtrorūq3. Si vō multo magis vel eque non ea-
dem

dem visione pmo ꝛ adequate viderent̃ ſm quã videba
tur primũ.nam distinctio obiectoꝝ magis exigit distin
2m ctionem notitiarũ ceteris paribus ꝙ̃ vnitatez.℄ Secũ
do.si in tali casu eadẽ visione adequate videt̃ scd̃m qua
videbat̃ pmum.igitur secũdum videbat̃ anteꝙ̃ videnti
obyceret̃ ꝛ esset ei presens:ꝛ si sic.igit̃ ꝛ eadẽ rõne qõli
bet aliud simillimũ nõ psens:ꝛ sic videns albedinẽ.a.tã
ti gradus videt actualr̃ oẽm albedinẽ exñtẽ vel possibi
lem simillimã ipsi.a.qd̃ est absurdũ dicẽ.ꝯña pbat̃ ſm
dicta socij:qꝛ si videret̃ cũ esset pñs:ꝛ non pus videbat̃.
ꝛ tñ visio eius prius erat.igitur ad hoc ꝙ aliqd videat̃:
necessario requirit̃ ꝙ ipsum sit actualr̃ pñs videnti.hoc
aũt repugnat dictis ei⁹:qui tꝫ ꝙ nãliter possibile est nõ
pñs:ꝛ etiam nõ exñs videri.nec potest dicere se intelle
xisse de absente vel nõ existente qd̃ aliqñ fuit presens ꝛ
de aliis.nam cõstat ꝙ dualitas piloꝫ tacta ſm eum per
cancellationẽ digitoꝫ nunꝙ̃ fuit psens tangenti aut exi
3a ppõ stens in rerum natura.℄ Tertia ꝓpositio pncipalis est:
ꝙ si duo visibilia simillima successiue in eodẽ situ eidez
videnti obyciant̃:sic tñ ꝙ pmũ nõ simul postea obycia
tur cũ scd̃o:nõ eadẽ visione primo qua prius videbatur
pmũ precise videbat̃ postea vtrũqꝫ simul.probat̃ pmo:
pm qꝛ in tali casu nõ simul videbit̃ pmũ cũ scd̃o vt pꝫ ex ꝓ
positiõe pma.igit̃ nõ eadẽ visiõe ꝛc̃.ꝛ est ꝯña euidẽs.2o
si successiue obycerent̃ in eodẽ situ:ꝛ pmum remaneret
presens cũ secundo:nõ eadẽ visione pmo qua videbatur
pmũ:videretur secũduz:vt pꝫ ex ꝓpositione secũda.igit̃
si pmũ desinat esse presens nõ eadẽ visione qua videba
tur videbitur secũdũ.pꝫ ꝯña:qꝛ alias presentia visibilis
obesset ad hoc vt videret̃:ꝛ ceteris paribus non presens
videretur.pñs aũt nequaꝙ̃:qd̃ est absurdũ.℄ Cõfirma
tur istud per vnũ dictũ istius socij:qd̃ ipse dicit in respõ
dendo ad vnam rõnem cõtra eũ vt infra recitabit̃.dicit
enim ꝙ intuitio causata ab vno sensibili.que tñ erat ẽt
causabilis ab alio:est intuitio illius a quo causat̃ ꝛ nõ al
terius a quo nõ causatur.ꝛ ideo precise:qꝛ ab illo nõ cau
satur.Ex quo sequit̃ ꝙ visio prioris visibilis eo destru
cto vel non presente non erit visio eius:quia tũc nõ cau
sabit̃ ab eo.nec valet dicẽ ꝙ alias causabat̃.ꝛ h̃ sufficit
qꝛ eadem ratione diceret̃ sufficere ad h̃ ꝙ intuitio vnius
sit intuitio alterius a quo non causatur:ꝙ ipsa aliqñ nõ
causabitur ab illo.℄ Item ſm istud saltem habebitur
ꝙ actualis causatio magis conferat ad hoc vt videatur
res ipsa.ꝛ per consequens si in casu remaneret pmum
visibile videretur:quia tũc causaret ipsam visionẽ:cui⁹
oppositũ pꝫ ex propositione scd̃a nũc ꝓxime posita.Ex
his sequit̃ vna alia:scilicet ꝙ nõ si duo sensibilia simili
ma successiue obyciant̃ eidem manente eadem visione
videbuntur ambo eadem visione adequate:qua videba
tur alterum tñ:que directe est contradictio sue prime
superius vltimo recitate.probatur.qꝛ aut hoc esset quan
do qd̃ prius obyciebatur nõ desinit esse presens ꝛ obyci
quãdo obycit̃ secundum:aut quãdo pmum desinit oby
ci seu esse presens secũdo facto presente.nõ enĩ est aliter
possibile.Sed nõ pmo modo:vt pꝫ ex secunda ꝓpositio
ne:nec secũdo modo:tum qꝛ non potest naturaliter ma
nere eadez visio in casu illo:vt pꝫ ex secũdo correl.pme:
tum quia esto ꝙ maneret per quãcunqꝫ potentiam ad
huc illa visiõe nõ videret̃:sicut pꝫ ex pbationib⁹ tertie.
Ad rõnes Jo. Sco. .3. pon. in pbatione prime cõclusionis. ℄ Ad rationes võ suas pro conclusione sua prima.Re
spondeo ad pmam negando antecedẽs ratione pme par
tis si intelligitur vniuersalr̃:ꝛ pꝫ ipm esse falsuz etiã per
dicta socij.nam visio vnius medietatis pfectionalis for
me est similitudo ꝛ representatio illi⁹.ꝛ tñ nõ est simili
tudo ꝛ repñtatio reliqué:sicut etiam non est visio eius,

ꝛ tñ sunt simillime.Alie ẽt instantie possent dari de spe
ciebus in memoria:qꝛ alias non posset anima separata
vel angelus recordari distincte alterius simillimoꝫ.Si
võ añs capiat̃ infinite cõsequentia nulla est.℄ Ad 2m.si Ad 2m
sit sermo de apparentia intuitiua vel etiaz de abstracti
ua distincta maior est falsa.vt patet ex nunc dictis.si võ
sermo sit de apparentia abstractiua ꝯfusa:nõ est ad pro
positum.Si aũt cõiter de apparentia tunc vel maior su
mitur indefinite precise:ꝛ sic est discursus inutilis:vel
sumit̃ vniulr̃:seu loco hui⁹ vniulis.oĩ apparẽtia ꝛc̃.ꝛ tũc
est falsa:vt ex dictis pꝫ.℄ Ad 3m si añs capiat̃ vniulr̃ Ad 3m
nego ipsum:ꝛ dico ꝙ nõ pꝫ inductiue.nã oppositũ pꝫ de
sensibilibus similibus:quorum si vnum prius videatur
causat speciem in memoria:quo etiam amoto si reliquũ
videatur causabit etiam speciem suam in memoria:vel
si negentur species:ꝛ ponant̃ habitus:idẽ valet:qꝛ scd̃m
causabit distinctum habitum.alias non posset quis distĩ
cte recordari:nec tot simillimoꝫ meminisse quot vidit:
qd̃ est ꝯtra experientiã:ꝛ contra Aug.2.de tri.Itẽ si vnũ cap.8.
luminare causet tãtũ lumẽ ꝙ̃tum potest in aliqua parte
medij:ꝛ 2m superueniat equale illi:causabit equale lu
men:siue illud faciat vnum cum priore siue non.Si di
catur ꝙ hoc est verum supposito ꝙ primuz luminare re
maneat.non aũt si remoueat̃ succedẽte scd̃o.Rñdeo ꝙ
ẽt si pmũ remoueat̃ scd̃m causabit nouum lumẽ:qd̃ eẽt
equale illi:qd̃ causabat̃ a primo:si illud lumen pmũ tũc
esset.ꝙ aũt mediũ nõ apparet luminosius hoc nõ est:qꝛ
scd̃m nõ causat nouũ lumen:sed qꝛ nõ manet lumẽ cau
satum a pmo.vnde si per diuinaz potẽtiam ꝯseruaret̃ ꝛ
scd̃m luminare approximaret̃:vtiqꝫ nouũ lumen cãret
ꝛ mediũ eẽt magis luminosum.nec oppositũ soci⁹ pbat:
ac per h̃ nec iductiue pꝫ suũ añs vt dicit.℄ Ex dictis in p9 ꝯ
fero duas alias ꝯclusiones:quas supra ꝯtra eundẽ posui. 5 Sco.
prima est.nulla intuitio rei sensibilis presentis est intui
tio alterius sibi similis non presentis.pbatur ex dictis:
qꝛ si aliqua est.vel est intuitio sensibilis nõ pñtis qd̃ ali
quando fuit pñs.aut ei⁹ qd̃ nunꝙ̃ fuit presens.nõ potest
dari pmũ.vt pꝫ ex ꝓpositione 3a:ꝛ ex hoc sequit̃ per lo
cũ a maiori vel a simili ꝙ nec illius qd̃ nunꝙ̃ fuit pñs.
Cõfirmat̃ ista ꝯña per responsionẽ socij datã ad tertiaz
rõnem:quam alias feci pro conclusione ista:vt statiz pa
tebit.℄ Alias arguebã ad hanc ꝯnem.pmo sic.nulla in
tuitio vnius ꝛc̃.vt supra habetur.℄ Ad hanc respondit pm
concedendo añs ꝛ negando ꝯñtiaz.ꝛ.ad pbationẽ ꝙ nõ
tenet per locum a maiori vt assumitur ponendo ex vna
parte ꝙ ambe partes perfectionales sint pñtes.ꝛ ex alia
parte ꝙ duo sensibilia distincta manente visione succe
dant:quia in tali casu inquit ipse videbunt̃ vna visione.
ꝛ similiter dicerem inquit ipse de pfectionalibus eiusdẽ
forme.℄ Ista responsio vt ex dictis pꝫ stare non potest.
tum quia pbatũ est ꝙ in nulla successione visibilium re
spectu eiusdem videntis ambo videri possunt eadez vi
sione adequate qua alterum tñ videbatur.tum quia si
ponantur partes perfectionales successiue fuisse causa
tas in presentia videntis priore remanẽte vtrũqꝫ tũc erit
locus a maiori:quia vtrũqꝫ est psens hic ꝛ cetera paria.
ꝛ tamen etiam tunc habet concedere añs.Ad confirma
tionem ibi factaz dicit ꝙ si.b.fiat presens in alio tñ situ
causabit aliam visionem.si võ in eodem vnaz inadequa
tam illi qua alterum simillimoruz precise videretur.Ex
hac rñsione habet̃ ꝓpositũ:qꝛ si.b.factum pñs in alio si
tu iuxta.a.causabit aliam visionem a visiõe.a.igit̃ visio
a.non erit visio.b.pñtis.ꝛ eadẽ ratione vel maiori visio
a.nõ est visio.b.anteꝙ̃ ipsuz sit pñs.pꝫ ꝯña:qꝛ vt dicebã
si.b.nõ videt̃ aliqua visione eadem videbit̃ si fiat pñs.

pñtia.n.obiecti non derogaret illi visioni quin esset eius
2m si eius erat dũ nõ erat pñs. ¶ Scđa rõ mea erat qua rõ
ne intuitio.a.pñtis eẽt intuitio alicuiꝰ similis nõ pñtis
tẽpore.b.eadẽ rõne ipa esset intuitio cuiusꝫ alterius si-
milis nõ pñtis ꝛc̃.respondendo negat istud assumptũ.s.
ꝙ erit intuitio tñ sibi similis nõ pñtis:qꝛ silr se habuit
ad illam potentiam stãte illa visione:sicut illud qđ nũc
videt̃. ¶ Ad pbationẽ dicit ꝙ totalis similitudo nõ est
causa precise:sed cũ hoc requirit̃ ꝙ silis nõ pñs albedo
que ponitur videri aliqñ fuerit pñs illi potentie manen
te illa visione. Hec responsio irrõnabilis est vt videtur.
Pmo:qꝛ fm ipsam sequitur ꝙ si deus hanc visionem eã-
dem numero qua video.a.albedinẽ conseruaret albedi-
ne destructa adhuc viderẽ.a.ꝛ ista visio etiam tunc esset
visio.a.ꝛ tñ si hanc visionẽ eãdem deus in me causasset
anteq̃ .a.albedo fuit in rerum natura:ista visio non fuis
set tũc visio eius:nec ego vidissem.a.Sꝫ h vt puto irrõ
nabiliter dicit̃.nã fuisse vel nõ fuisse pñs potentie nihil
ꝯfert vel nocet ad hoc vt aliqđ videat̃:dũmõ ponat̃ in
ala res que est eius similitudo intentionalis:q̃lis notitia
vel visio dicit̃ eẽ similitudo obiecti. ¶ Cõfirmo istud:
qꝛ alias sequeret̃ ꝙ deus nõ posset cãre in me notitiã in
tuitiuã alicuiꝰ rei pterite que nunq̃ fuit mihi pñs.imo
ẽt nec alicuiꝰ que fuit mihi pñs:que nõ ꝯcederẽ libẽter.
¶ Confirmo iterũ per dicta socij.ipse.n.inter cetera per
tractando conclusionem quartam supra recitataꝫ ponit
3.propositiones.quarum vna fuit:ꝙ deus potest cãre vi
sionẽ sensibilis pñtis eo nõ ꝯcausante. ¶ Cũ igit̃ pñtia
sensibilis nõ sit necessaria visioni nisi ad cãnduꝫ illã:qꝛ
T.c. 52. sine eo nãliter causari non potest:vt pꝫ ex 2° de aia.vbi
phs inquirit ppter quid sensus nõ sentiant absentibus
sensibilibus:sequit̃ ꝙ possit causare visionẽ eius:esto ꝙ
nec sit nec fuerit pñs vnq̃. Item iste socius ibidẽ respõ-
dendo ad vnam rõnẽ meã dicit:ꝙ nulla est nãliter intui-
tio nõ existẽtis:que nõ cãbat̃ ab ipso dũ erat existẽs vel
ab aliquo actualiter existẽte qđ esset aliqđ ipsius si ipm
esset. Quero igit̃ de intuitione dualitatis pisoꝝ quando
vnũ tangit̃ digitis cãcellatis a quo cãtur an ab ipsa dua-
litate non existente vel ab aliquo existẽte qđ esset aliqđ
eiꝰ si ipsa esset nõ ab ipa qꝛ nunq̃ fuit existẽs:igit̃ ab ali
quo ipsius ꝛc̃. Sed illud non potest assignari aliud q̃ pi
sum actu existens qđ tangitur.igitur pisum esse aliquid
talis dualitatis.ꝛ per ꝯñs iste tãgit dualitatem cuiꝰ vna
vnitas est.s.h pisum existens:ꝛ alia non est:ꝛ h pisuꝫ vt
existens causat tactionẽ qua etiam tangitur pisum non
existens:ꝛ sic intuitio huius pisi existentis est etiã intui-
tio non existẽtis:qđ nunq̃ fuit pñs manẽte hac tactiõe.
Nihilominus hoc dictũ eius nunc recitatum nõ videt̃
posse stare cuꝫ responsione alias per euꝫ data ꝛ supra re-
citata:qua dicebat ꝙ talis non tangit dualitatẽ nisi que
opponeret̃ vnitati huiꝰ pisi tacti.cõstat.n.ꝙ nulla duali
tas cuiꝰ pars esset h pisum tactũ opponeret̃ vnitati huiꝰ
pisi.ꝛ tñ talem dicit nunc tangi vt pꝫ ex dictis. ¶ Ad ter
tiam rõneꝫ dicit ꝙ similitudo teneret si intuitio rei pre-
sentis esset intuitio rei absentis:que nunq̃ fuit presens:
qđ ipse nõdum dicit. ¶ Contra hoc argutum est ꝛ osten-
sum ꝙ qua ratione intuitio presentis esset intuitio absen-
tis qđ fuit presens:esset etiam intuitio absentis similis
2° qđ nunquaꝫ fuit presens. ¶ Secunda conclusio que se-
quitur ex dictis:ꝛ quam alias posui:est ꝙ nulla res sen-
sibilis presens sensui ꝛ mouens ipsum ad intuitionẽ sui
causat in sentiẽte notitiam qua intuitiue cognoscat̃ ali-
qua alia res sensibilis eiusdẽ rõnis actualiter existens ꝛ
eidem sensui non presens.probat̃ qm̃ si det̃ oppositum
vel causat notitiaꝫ absentis qđ fuit presens:vel absentis
qđ nunq̃ fuit pñsens.pmuꝫ nõ põt dari vt pꝫ tam ex pma
q̃ ex tertia ppositionibus nunc probatis.ꝛ ex hoc sequi
tur ꝙ nec secũdum dari possit:cum nõ sit potior ratio p
absente qđ nunq̃ fuit presens q̃ pro eo qđ fuit presens:
Imo fm dicta socij potior ratio videt̃ pro eo qđ fuit pñs
vt pꝫ ex proxime recitatis. ¶ Pro ista ppositione alias
feci aliquas rõnes vt supra pꝫ.ad quaꝝ pmaꝫ que super
experiẽtia fundabat̃:iste venerabilis socius respõdit.s.
ꝙ vtiqꝫ albedo margarite presentis potest causare noti
tiam qua intuitiue cognoscatur albedo alterius simili-
me absentis.que tñ fuit presens eadem visione manẽte.
¶ Hec responsio probatur ex iam dictis:tum qꝛ proba- rnº Sco.
tum est ꝙ visio non potest naturaliter manere in absen Ad pm
tia visibilis sic saltem ꝙ sit visio eius dum absens est:vt
patet ex propositione prima ꝛ correlarijs eius.tuꝫ quia
dato ꝙ aliqua maneret visio absentis:qꝛ tñ per ipsaꝫ nõ
videretur aliqua alia res tunc pñsens similis absenti:nec
ab illa presente ipsa visio tũc causaret̃:vt pꝫ ex pbatiõi
bus scđe ꝛ tertie ppositionum superius proxime positaꝝ:
non haberet̃ ꝙ aliqua res sensibilis presens sensui ꝛ mo
uens ad intuitioneꝫ sui causaret visionẽ absentis:qđ ali
quando fuit presens. ¶ Ad secũdam dicit ꝙ nulla cogni Ad 2m
tio terminat̃ ꝛc̃.quã habẽs nõ experit̃ inquit vel expe-
riebat̃. Nunc autem si succedant duo visibilia manente
eadem visione videns experiebatur aliquando se vide-
re illud qđ nunc est absens. Hec solutio etiam nõ stat p-
pter falsum fundamẽtum de manentia visionis absente
visibili. ¶ Ad tertiam negat consequentiam ꝛ dicit eaꝫ Ad 3m.
non tenere per locũ a maiori sicut dicit ad aliam rõnem
factam pro pma ꝯne in eadẽ replicatione tũc per me po-
sita ꝛ recitatum est nunc in pma ꝯclusione correlaria ha-
rum duarum vltimarũ que alias fuerũt posite.sed ipsa
stare non potest vt ibidem sufficienter ostenditur. Quia
vo ex hac vltima correlaria ꝯclusione:vt supra ostensuꝫ
fuit:deducebat̃ pncipalis ꝯclusio:de qua agit̃: videlicet
ꝙ nõ est nãliter possibile nos intuitiue cognoscere non
existens.pꝫ ꝙ illa cõclusio ꝛ sue probationes in sua soli-
ditate persistunt.quã etiam cõclusionẽ ex nũc dictis cõ-
firmo:qm̃ si sit nãliter possibile vt non existens cogno-
scatur a nobis intuitiue.vel h est verũ de non existente.
qđ aliquãdo fuit presens.vel de nõ existẽte qđ nunq̃ fu-
it presens. Sed nec de hoc nec de illo:vt pꝫ ex dictis.igi-
tur ꝛc̃. ¶ Quarta ppositio pncipalis est.nulla intuitio 4° ppõ
causabilis naturaliter ab hoc sensibili est nãliter causa-
bilis ab alio sensibili.pbat̃.nulla notitia euidens cõple-
xa causabilis imediate ab hoc sensibili ꝛ hac notitia sim
plici intuitiua eiusdeꝫ est naturaliter causabilis ab alio
sensibili q̃tũcũqꝫ illi simili ꝛ notitia sui intuitiua.igitur
nulla intuitio causabilis ꝛc̃.pꝫ ꝯña per sociũ q vult quã
tũ ad h idẽ iudiciũ esse habendũ de quibuscũqꝫ effecti-
bus nãlibus.añs pbatur:qꝛ si notitia cõplexa qua (ver-
bi gratia) euidenter cognosco.a.albedinẽ existere esset
causabilis naturaliter ab albedine.b.ꝛ notitia intuitiua
ipsius.b.sequeret̃ ꝙ videns precise albedinẽ.b.euiden-
ter cognosceret albedinẽ.a.existere.ꝛ sic videns precise
vnum singulare determinatum cognosceret ꝙ aliud il-
li simile.qđ tñ nõ videret existit.h aũt est contra cõem
experientiam. ¶ Secũdo nulla euidens ꝛ distincta no- 2m
titia memoratiua de aliquo certo sensibili causabilis a
specie illiꝰ vel habitu existente in memoria est causabi-
lis ab aliqua alia specie vel habitu sibi simili.igit̃ nulla
intuitio ꝛc̃.ꝯña patet vt prius per dicta socij.añs videt̃
similr clarũ.nam alias per vnicã spẽm vel habitũ in me
moria posset quis euidenter ꝛ distincte recordari cuius-
libet singularis similis illi a quo fuit causata species il-

la.ꝛ vlterius sequit̃ ꝙ nunq̃ posset obliuisci vnius quin
simul esset oblit⁹ cuiuslibet.qḋ etiã est cõtra experiẽtiã.
2ª Et hec vltima ꝯña pꝫ.qꝛ quãdiu hꝫ speciem qua potest
recordari de aliquo nõ est oblit⁹ illius.Si ergo per vnã
speciẽ põt recordari de quolibet q̃diu aliquã talẽ spẽm
habebit de nullo erit oblitus.igit̃ si alicui⁹ obliuiscatur
nullam tunc talem speciem habebit.ꝛ si nullaꝫ habebit
nullius poterit recordari.igit̃ si prius potuit omniũ erit
oblitus.¶ Pro hac eadẽ ꝯclusione feci alias (vt supra
pꝫ) duas rões.Ad quaꝝ p̃mã ipse respondit dicẽs ꝙ si
talis noticia p̃mo cãtur ab vno ꝛ postea ea manẽte succe
dat aliud erit itnitio vtriusq;.Si vo terminet̃ ab altero
tñ erit intuitio illius a quo causabitur:puta.b.ꝛ non al
terius vtpote.a.Dubius aũt responsionis p̃mũ mẽbrum
constat esse falsum ex p̃rime dictis.¶ Cõtra secundus
aũt tũc arguebã ex pbationib⁹ correl. p̃cedentis.¶ Ad
quarũ p̃mam respondit ꝙ ideo precise talis intuitio nõ
est eius a quo nõ cãtur:qꝛ nõ cãtur ab eo.Et qꝛ ꝯtra h̃ vl
terius inferebam ꝙ nulla intuitio esset non existẽtis.qꝛ
nulla causat̃ a nõ existẽte.Respõdet ꝙ nulla est itnitio
non existentis que non causabatur ab ipso vel ab aliquo
actualr̃ existente qḋ esset aliqd ipsius ipm esset.¶ Sed
illud vt apparet non stat cũ dictis suis primis.Nam ta
ctio dualitatis nõ existẽtis quã debet tangi ab eo q vnũ pi
suꝫ tãgit digitis cãcellatis nõ causabat̃ a dualitate exi
stẽte nec ab aliquo existẽte qḋ esset pars illius si ipa exi
steret vt supra est pbatũ.¶ Ad scḋam pbationẽ ꝯ ideꝫ
mẽbrũ dicit p̃mo ꝙ ad illaꝫ ego ita habeo ridere sicut
ipse.qꝛ dico ꝙ intuitio.a.sic est intuitio ei⁹ ꝙ nõ potest
esse intuitio alterius:tunc querit vnde est h̃.non possum
vt ait assignare aliã cãꝫ nisi qꝛ causat̃ ab.a.ꝛ nõ ab alio.
¶ Scḋo respõdit ad rationẽ:qꝛ itnitio causabilis a duo
bus non est illius a quo potuit causari ꝛ nõ causat̃:ideo
qꝛ ab eo nõ causat̃ nec a deo ipso presente.qḋcunq; eniꝫ
horum daret̃ ipsa esset intuitio ipsius.¶ Vñ dicit sine
assertione se ponere p̃positiões tres.Prima ꝙ deus põt
causare intuitionem sensibilis p̃ntis ipso nõ ꝯcausante.
Scḋa ꝙ põt ꝯseruare itnitionẽ p̃ntis ipso absente.Ter
tia ꝙ in potentia cui nullũ sensibile est p̃ns nec ante fuit
non potest deus causare intuitionẽ que sit intuitio istius
sensibilis:puta.a.ꝛ nõ sit alterius cuiuslibet sibi similis
omnino s̃m nãm:qꝛ omni apparẽtia qua apparet vel ap
parere posset vnum simillimoꝝ apparet aliud si simili
ꝯ scotus ter se habeant ad potẽtiã.igit̃ ꝛc̃.¶ De p̃mo dicto expe
dio me breuiter.d.ꝙ illa non est causa.Sed causa est:qꝛ
ipsa ex sui natura est similitudo intentionalis isti⁹:vide
licet.a.precise siue causet̃ ab eo siue a deo.Et si per impos
sibile causaretur a.b.vel aliquo alio sensibili adhuc non
esset intuitio nisi ipsius.a.sicut etiaꝫ spẽs p̃pria ipsius.a.
in memoria existens ꝛ ab.a.cum sensabat̃ cãta.si eadem
fuisset infusa a deo ꝛ nõ cãta ab.a.nihilomin⁹ esset simi
litudo rep̃ntatiua ꝛ mediũ recordandi respectu ipsius.a
ꝛ nõ respectu alicuius alteri⁹.vñ q̃tũ ad hoc accidit no
titie ꝛ spẽi a quibus causent̃:dũmodo ipse eedẽ ꝛ nõ alie
causentur.¶ Contra responsionem vo eius arguo dupli
citer.primo qꝛ ipse prius concedit ꝙ ideo precise intui
tio causabilis ab.a.ꝛ a b.si causaretur a solo.b.non esset
intuitio illius.a.qꝛ non causaretur ab.a.posita aũt causa
precisa ponit̃ illud respectu cuius dĩ cã.Sed si a deo tñ
causaretur intuitio ipsius.a.p̃ntis illa intuitio nõ caret̃
ab.a.vt clarum est.igitur q̃tũcũq;.a.esset presens adhuc
illa non esset intuitio ipsius.a.cuius oppositũ nunc ipse
dicit in p̃positione p̃ma illaꝝ suaꝝ triũ.¶ 2° qꝛ 3ª p̃po
sitio earũdem non videtur danda:alioquin sequeret̃ ꝙ
in me q nunq̃ vidi Moysem neq; Dauid de⁹ vtriusq;
in me causare posset noticiaꝫ distinctã.ꝛ sic de alijs pre
teritis rebus similibus.Eodẽ mõ sequit̃ ꝙ de nullo fu
turo possit distinctam noticiam dare:que nõ puto eẽ cõ
cedende.Et cõfirmatur ista ꝯña per dicta socij.qꝛ omni
apparẽtia q̃ apparet vel apparere posset ꝛc̃.¶ Ad scḋaꝫ
rationem pro eadem conclusione superius factam.Re
spondet negando ꝯñtiã in casu dato.Ad pbationem cõ
cedit dictum suum ꝛ consequens illatum.s.ꝙ q̃cq̃d põt
prouenire a causis naturalibus p̃uenit.Et cum dico:hec
noticia est causabilis:dicit ꝙ verũ est a quolibet seorsuꝫ
vl si successiue approximarent̃.Si tñ simul in diuersis
sitibus non sunt nata causare vnam noticiam sed duas.
Ista respõsio vt videtur non soluit rationem.nã positis
talibus pluribus sensibilibus in diuersis sitib⁹ simul op
positis eidem potentie:quoꝝ vnum sit.a.aliud sit.b.ꝛ vi
sio causabilis vocet̃.c.quero an.c.sit causabilis ab.a.vel
non.Si sic igitur causatur ab.a.qꝛ per concessum q̃cq̃d
põt prouenire a causa naturali prouenit.deinde quero
an.c.possit prouenire a b.vel non.Si sic.igitur prouenit
a b.ꝛ per consequẽs de facto.c.p̃uenit ꝛ ab a.ꝛ a b.qḋ est
pbandum.Si nõ.igitur.c.nõ est causabilis a b.ꝛ vltra.
igit̃ quelibet notitia causabilis ab vno sensibili est cau
sabilis ab alio sibi simili.Cui⁹ oppositũ tenet iste vener.
Bachal.¶ Ex ista quarta propositione cuꝫ quodã alio
dicto huius socij.s.ꝙ idem iudicium quãtũ ad hoc habẽ
dum est de omnibus effectibus naturalibus.sequitur ꝙ
nullus effectus naturaliter producibilis ab hoc agẽte est
naturaliter producibilis ab alio agente naturali totali
ter distincto.qḋ directe cõtradicit sue quarte conclusio
ni superius recitate.verum quia ipse illam probauit ali
quibus rationibus:iõ ad illas respondeo.¶ Ad primaꝫ
nego consequentia ꝛ similiter propositionem assumptã
ad eius pbationem.contra:si dicitur ꝙ non est maior ra
tio hinc q̃ inde quã ipse non pbauit.Similiter aũt pos
set probare ꝙ a pluribus ꝛ diuersis s̃m speciem equus ꝛ
bos sunt naturaliter p̃ducibiles.ꝛ ita de alijs speciebus
animalium perfectoꝝ:qḋ tamen constat esse falsuꝫ.nam
equus est corruptibilis ab aqua ꝛ igne ꝛ a lapide caden
te ꝛ a multis alijs etiaꝫ specie differentibus.¶ Ad secũ
dam si antecedens intelligatur de eodem effectu s̃m nu
merum sic debet intelligi si ꝯsequens debeat inferri ad
propositum nego ipsum.¶ Ad primam probationẽ di
co ꝙ illa non probat antecedẽs.nam q̃uis quilibet ignẽ
ret per se.neuter tamen causaret formam ignis causabi
lem ab alio.vnde illud nõ probat nisi ꝙ ideꝫ specie effe
ctus est ab vtroq; producibilis.¶ Ad scḋam pbationẽ
quicquid sit de antecedẽte intellecto de fine voluntarie
prestituto ab agente:de quali procedit probatio eius:ne
go consequentiam.Ad probationem non est maior repu
gnantia hic q̃ ibi:quia ista tantũmodo assumitur ꝛ non
probatur nullo probatio est:sed potius manifestatio de
ficientie probandi:qḋ est ab arguente pbandum.vnde
tali argumẽtationi sufficiat instare.Similiter arguẽdo
de quolibet effectu naturali:ꝙ p̃duci possit naturaliter
ab agentibus naturalibus specie differentibus.¶ Pro
hac eadem conclusione iste socius alias vt supra recita
tum est:fecit inter alias vnã rationẽ deducẽdo ad istud:
ꝙ inter indiuidua eiusdem rationis esset ordo essentia
lis dependẽtie:ꝛ quia istud concessi ad hunc intellectũ:
videlicet ꝙ vnum indiuiduum dependeret ab alio eius
dem speciei tanq̃ a per se causa extrinseca.Contra hoc
in vltima sua replicatione arguit sic.In essentialiter or
dinatis non est p̃cessus in infinitũ q̃litercũq; eẽntialr̃ or
dinentur.igitur inter indiuidua eiusdem rationis nõ est
talis ordo essentialis dependentie.patet ꝯsequẽtia:quia

in illis est processus in infinitum.antecedēs vo patet ex
T.cõ.5. 2° meta.℄ Respondeo.antecedens potest intelligi du/
pliciter.vno modo ꝙ respectu eiusdem effectus nō sunt
infinite cause essentialiter ordinate.ꝛ ſm hunc sensum
T.cõ.5. habet philosophus.2.metaphysice.ꝛ ego ꝯcedo.ꝛ sic ne/
go consequentiam accipiendo consequens vt dedi.s.ꝙ
vnū indiuiduum sit per se causa alterius indiuidui eius
dem speciei.hoc eniꝫ nullatenus repugnat antecedenti.
alio modo potest antecedens intelligi sic:ꝙ.s.nō est pos
sibile vt ab aliquo tāquā a per se causa dependeat aliud
vt ab.a.dependeat.b.sic ꝙ.b.non possit naturaliter pro/
duci nisi ab.a.ꝛ iterum eodem modo a b.dependeat c.ꝛ
a c.depēdeat.d.ꝛ sic in infinitum.ꝛ in hoc sensu nego an/
tecedens.nec in hoc sensu loquitur philosophus.sic eniꝫ
non ponitur vnus effectus numero depēdere a causis in
finitis essentialiter ordinatis.nam cause essentialiter or/
dinate omnes simul causant:qḋ in proposito non conue/
nit.ꝛ ideo non sunt tales cause essentialiter ordinate in
causando.℄ Ad rationem principalem questionis supe
rius fuit responsum.

℄ Distinctionis. VII. Questio. V.

Quarto quero vtruꝫ angelus species ꝛ itellectiones quibus alias
res naturaliter intelligit recipiat a rebus
p^m ipsis intellectis.Et videtur ꝙ non.pmo
quideꝫ de speciebus:quia de extremo ad
extremum nō deuenitur nisi per mediū.
esse autem forme in imaginatione.quod
est sine materia.non tamen sine conditionibus materia/
libus est medium inter esse forme que est in materia:ꝛ
esse forme que est in intellectu per abstractionem a ma/
teria ꝛ cōditionibus materialibus.igitur intellectus an/
gelicus nō potest formas materiales reducere ad esse in
telligibile nisi prius reducat eas ad eē imaginabile.sed
hoc est impossibile sibi:cum careat imaginatiōe:que est
2^m vis sensitiua.igitur ꝛc.℄ Secundo idem arguitur de in
tellectione:quoniā si eius intellectio causaretur a rebus
angelus intelligeret per discursum.hoc autem est cōtra
cap.7. Dio.de diui.nomi.vbi dicit ꝙ angeli non congregant di
uinam cognitionem a sermonibus diffusis:neqꝫ ab ali/
quo cōmuni ad ista spiritualia simul aguntur.consequē/
tia probatur:quia sicut aliqua causa precedit effectum
etiam tempore:sic prius tempore causaret notitiam sui
in angelo q̄ effectus.ꝛ sic angelus prius itelligeret cau/
sam q̄ effectum.

Oppo^m Ad oppositum arguitur sic.angelus nō potest naturaliter itelligere determi/
nate aliquam rem anteq̄ꝫ sit.ꝛ aliquam potest intellige/
re dum est postq̄ꝫ non fuit.ꝛ etiam dum non est postquā
fuit.igitur angelus speciem ꝛ intellectionem accipit a re
bus.antecedens quo ad primam partem patet per Aug.
cap.35. super Gen.4.in illa auctoritate allegata in tertio articu
lo precedentis.q.Quam notitiam precedebant que fie/
bant ꝛc.℄ Secunda pars non est dubia:ꝛ tertia proba/
tur:quia angelus potest recordari preteritorum.vt in eo
dem articulo est probatum.

Hic erunt articuli duo.℄ Primo videbit̃ de que
sito.℄ Secundo vtrum intelligat dis/
currendo:qḋ implicatur in vno argumento.

p^m arti. Pro primo premitto ꝙ in nobis quedam intel/
lectio est complexa.quedam incom
plexa.ꝛ quedam incomplexa ꝛ intuitiua.quedam vo ab
stractiua. Item specierum quedam sunt singulares ꝛ a
rebus recepte.quedam vo vniuersales ꝛ ficte ab intelle
ctu.oīa hec ꝛ ipsoꝝ differentia patet in p̄ lib.dist.3.

℄ His premissis pono conclusiones quinque.℄ Prima p^a ꝯ
conclusio est:ꝙ notitiam intuitiuam quam angelus hēt
naturaliter de re alia accipit a re intuitiue nota per illā.
hoc probatur sic.Cuiuslibet notitie intuitiue in angelo p^m
causa effectiua imediata.lꝫ partialis est ipsa res intuiti/
ue nota.igitur quālibet huius accipit a re ītuitiue nota.
consequentia nota est.antecedens probatur.Qꝫ eniꝫ sit
causa effectiua probo.quia si non sit sic.igitur preter
ipsam est aliquid aliud sufficiens actiuum totale ipsius
notitie:vel aliqua alia plura:que simul sufficienter pos/
sunt illam producere:ꝛ cum ipsa non sit principium pas
siuum seu receptiuum totale aut partiale intellectionis
huius vel dispositio illius.nec etiam sit effectus natura
liter consequens intellectionem ipsam vt certum est.se
quitur:ꝙ erit possibile huiusmodi notitiam causari in
angelo naturaliter re tali non existente.consequens est
falsum.consequentia probat̃:quia positis sufficientibus
actiuo ꝛ passiuo in opportunis dispositionibus ponitur
effectus si sit actiuum naturale.vel saltem potest poni si
sit liberuꝫ:sicut patet ex.9.metaphysice.ꝛ ex differentia T.c. 10.
vtriusqꝫ generis principij actiui.Qꝫ autem imediata ꝓ/
batur.quia si esset causa mediata tn̄.esset ergo causa ali
cuius:qḋ immediate esset causa notitie:ꝛ illud nō vide/
tur esse nisi species vel aliquis habitus vel aliqua alia
notitia.non potest dici ꝙ notitia alia:quia nō abstracti/
ua.nam quelibet notitia abstractiua rei distincta ꝛ na/
turaliter habita presupponit intuitiuam eiusdem.ꝛ tūc
de illa priore esset querendum vtrum immediate causa
retur a re.ꝛ si sic eadem ratione ꝛ quelibet:aut mediate:
ꝛ sic in infinitum a parte ante.quod est impossibile.nec
potest dici ꝙ habitus:quia quilibet habitus naturaliter
acquisitus presupponit causaliter actum:nec species:qḋ
forte magis posset videri.quia species nō est opportuna
nisi in absentia obiecti.vt dictum est in precedenti.q.ꝛ
per consequens non per se requiritur ad notitiam intui/
tiuam.ac per hoc non est per se causa eius.℄ Confirmo
quia si intellectus angelicus per possibile vel impossibi/
le esset virtus potens tantūmodo intueri presentia ꝛ nō
recordari preterita vel absentia:in eo nulla causaret̃ spe
cies alia a notitia ipsa ituitiua:sicut nec in sensu exterio/
ri in nobis causatur.vt habitum est in precedenti.q.igi/
tur species que causatur in intellectu angelico non est
causa notitie intuitiue.℄ Preterea angelus non potest
naturaliter aliquam rem futuram distincte intuitiue co
gnoscere:ꝛ presentem potest.igitur ipsa est aliquo modo
per se causa notitie sue intuitiue.ꝛ constat ꝙ non mate/
rialis vel formalis aut finalis.igitur efficiens.consequē
tia patet:quia alias dum adhuc res esset futura existerēt
omnes cause requisite ad notitiam eius.ꝛ per ꝯsequens
illa poni posset in effectu.antecedens patet:quoniam ꝓ/
prium est dei naturaliter futura intueri distincte.Et pro
batur etiam per auctoritatem Dam.lib.2.dicentis.Futu cap.4.
ra quidē nec angeli nec demones nouerūt.supple natu/
raliter.ꝛ per auctoritatem Aug.4.super Gen.preallega cap.35.
tam in.q.proxima.ꝛ aliam consimilem ibidem vbi vult cap.34.
ꝙ quāuis per notitiam in verbo que vtiqꝫ supernatura
liter tn̄ haberi potest:res prius fuerunt cognite ab ange
lis beatis q̄ fuerint in rerum natura per notitiam tamē
vespertinam:que ſm eum est qua res in seipsis naturali
ter cognoscuntur non potuerunt cognosci nisi prius saltē
causaliter essent.vt dictum fuit.℄ Ista conclusio confir cap.7.
matur per auctoritatem eiusdem.12.de tri.ait enim deus
nō ad tempus videt nec aliquid noui fit in eius visione
atqꝫ scientia:cū aliquid temporaliter gerit̃ ac transito/
rie:sicut ide efficiunt sensus carnales animaliū ꝛ homi/
num

nā: vel et celestes angelorum: vbi pz sm eū q cū aliqd ipa
liter fit tunc afficiunt sensus .i. intellectus angelorum et ali
2ª ꝯ quid noui in eis fit econtra de deo. ¶ Secunda conclu
sio est. q abstractiuam notitiam distinctam de re alia ac
cipit angelus a re abstractiue nota mediate ad hunc sen
sum: quia scilicet eam accipit immediate ab alia re quā
imediate accipit vel accepit ab illa quam actualiter per
huius notitiam abstractiue cognoscit. hoc probatur: nam
talem notitiam accipit imediate a specie distinguente il
lam rem representante: et illā spēm imediate accipit a re
illa. igitur etc. ꝯñtia est nota: et pma pars antecedentis pro
batur: qm notitia abstractiua de re distincta et in singulari
est per spēm eius distincte et singulariter ipsam repsen
tantē in se intuitiue cognitam: vt ex alias sepe dictis pz:
et per ꝯñs imediate cātur a specie illa. q aūt talē notitiā
habeat angelus nāliter pz ex tertio arti. prime. q. ¶ 2ª
3ª ꝯ vo pars antecedētis patebit ex quarta ꝯne sequēte. ¶ 3ª
ꝯ est. q notitiā cōplexam aliquā accipit angelus nāliter
a re intellecta. pbatur. qz notitiam euidētem alicuius veri
ꝯtingentis enuntiabilis affirmatiue et de psenti angelus
nāliter hēt. Cognoscit. n. euidēter q nūc ego loquor ista.
igitur etc. ꝯñtia pz. nam talem notitiam nō pōt habere nisi
mediante intuitiua notitia seu notitijs intuitiuis: quā et
quibus actualiter me et mea verba cognoscit: notitiā aūt
4ª ꝯ ītuitiuā huius accipit a re ipa vt pbatū est. igitur etc. ¶ 4ª
ꝯ est: q in angelo sunt singulares spēs .i. singulariter rep
sentatiue accepte ab eis rebus quarum repsentatiue sunt.
Prima pars pbatur. qz alias nō posset habere de eis disti
nctam recordationē: cuius oppositū pbatū est. q. prima:
ꝯñtia pbatur: sicut de nobis pbatū est in p. di. 3. in. q. de no
titia rerū sensibilium. in tertio dubio dicte. q. Scda pars
ꝯnis pbatur: qz si nō essent a rebus accepte vel oēs essent
simul ei ꝯcreate ab initio: et tūc per eas posset cognoscere
distincte eque bene futura sicut preterita: qd est falsum:
vel quādocūq angelus aliqd singulare de nouo apphen
dit: deus illi spēm illius infunderet: q quis sit possibile
nō tū sic cōtingere verisimile est: eo q nāliter et virtute
ppria sibi a deo tributa et eo sibi coagente sm cōem in
fluentiā tū aia nostra et coniuncta et separata possit tales
spēs acquirere. constat aūt q nō minus perfectus est an
gelus sm nām q aia nostra: hoc aūt pfectiōis vtriq est.
5ª ꝯ nam sic de nō existētibus pōt haberi notitia. ¶ 5ª ꝯ. q in
angelis sunt vel esse possunt nāliter spēs vniules et ficte
ex spēbus receptis a rebus. hoc pbatur: qm hoc est perfe
ctionis in intellectu nostro: ppter habendā notitiā quid
ditatum abstractas pprias diffinitiuas et scientificas vt
tactū est in. q. prima. articlo p. ac in illa. q. frequēter me
morata. igitur nō debet angelo denegari nāliter esse pos
Gen. Th. de l. q. 55. art. 2. se. ¶ Cōtra ista est opi. satis cōis que tenet q angeli nul
las nouas spēs recipiunt: sed habēt oēs sibi ꝯcreatas ab
initio: et hoc pter rōnem pmo facta m ad. q. hz alias: qm
qualis est distinctio et ordo corporum supremorum ad infini
ta: talis est supmarum substantiarum spiritualiū ad infimas:
nūc aūt suprema corpora .s. celestia habent potentiā tota
liter in sua nā perfectā per formā. In corporibus aūt in
ferioribus potētia māe nō totaliter perficitur per formam:
sed nūc accipit vnā: nūc aliā ab aliquo agente. igitur simili
ter inferiores substātie itellectiue .s. humane aie hnt po
tentiā intellectiuā nō cōpletam nāliter: sed cōpletur in eis
successiue per hoc q accipiūt spēs itelligibiles a rebus: po
tentia vo itellectiua in substātijs spūalibus superioribus .i.
angelis nāliter cōpleta est per spēs itelligibiles nāliter
2m habitas ad oia itelligenda que nāliter cognoscere pnt. ¶ 2º
aie humane qz sunt forme corporum iō a corporibus et p cor
pora suā pfectionē itelligibilē ꝯsequuntur: alioqn frustra

vnirentur corporibus. igitur substātie superiores .i. angeli ꝯse
quēter totaliter a corporibus absolute imāliter et in esse in
telligibili subsistētes suā pfectionē itelligibilē ꝯsequun
tur per itelligibilē effluxū: quo a deo spēs rerū cognitarum
susceperūt simul cū itellectuali nā. ¶ Tertio. idē pbatur 3m
aucte Aug. 2º sup Geñ. ad lram. dicētis q cetera infra an cap. 12.
gelos ita creantur vt pus fiant in cognitione rōnalis crea
ture: ac deinde in gne suo. ¶ 4º ad hoc pōt argui ex alia 4m
aucte eiusdē ibidē vel. 12. ait. n. nec sane putandum est fa cap. 29.
cere aliqd corpus in spiritu quasi spiritus corpori facienti
māe vice subdatur: omni. n. mō prestātior est qui facit ea
re de qua aliqd facit etc. et iō ꝯcludit q imaginē corporis
in spiritu nro qua cū absens fuerit recordamur nō ipm
corpus in spiritu: sed ipse spiritus facit in seipso. Ex cuius
rōnis medio manifeste ꝯcludi pōt q res corporales: aut
certe etiā spirituales inferiores angelis nō pnt aliquas
spēs vel notitias cāre. ¶ 5º pōt argui. qz aut res cāntes 5m
hōs spēs in itellectu angeli pus cānt necessario spēs illas
vel alias in medio: aut imediate cānt illas in intellectu
angeli. nō pōt dici pmū: qm tunc sequitur q si esset vacuū
inter rem illā et angelū nō posset angelus intelligere illā.
Itē nō posset itelligere colorē in nocte: sicut nec nos cor
poraliter videre: qz color existens in tenebris nō causat
spēm vllā in medio: sed hec sunt absurda. igitur illud dici
vere nō pōt: nec et 2m: qm tūc angelus per nullā distātiā
posset ipediri a notitia rei: et sic diabolus exns in angulo
orientis nosset illud qd est in occidēte: qd nō ꝯueniēter
vr dcm. ¶ Ad pm dico q deficit multipliciter. p qdē qz Ad pm
sm ipm sequitur q nunq angelus pficeretur per nouā itel Thom.
lectionē et ꝯsiderationē actualē: sed semp oia simul actu vbi s.
ꝯsideraret que pōt nāli cognitiōe cognoscere: cuius oppo
situ iste doctor met dicit isra. q. 58. arti. p. ¶ 2º qz falsum 2
assumit dicēdo q corpora celestia sunt totalr pfecta si in
telligatur q nullā pfectionē substātialē vel accidētalē re
cipiūt: nā certū est q luna et alia corpora celestia illumi
nantur a sole: si vo itelligatur de perfectiōe substātiali nihil
ad ppositū: cū spēs ille in angelis nō sint forme substan
tiales. ¶ 3º qz vel maior illa sumitur vniulr: et sic est falsa: 3
qm corpora celestia sic se hnt ad infima q gnant illa: et
tū angeli nō gnant aias humanas aut creant: vel ipsa su
mitur particulariter aut idefinite: et tūc forma arguēdi est
inutilis et nihil ꝯcludit. ¶ Ad 2m dico q nō: iō ꝯsequuntur Ad 2m
pfectionē itelligibilem a corporibus obtinere: qz sunt forme
corporis: gnimo et cū sunt separate ab eis tales pfectio
nes accipiūt: vtrum aūt iō per corpora vel sensus corporis
ꝯsequuntur huius pfectionē: qz sunt forme corporum nō curo:
nā et si ita eēt nō ad ppositū facit: qz nō dico q angeli re
cipiāt per corpora tales pfectiōes: sz dico q a corporibus:
sicut ab obiectis et efficiētibus pticialibus sue notitie. ¶ Ad 3m Ad 3m
dōm. q sicut pz ibidē clare: et similr li 4º in pluribus locis
Aug. loquitur ibi de cognitiōe qua creature ab āgelis cogno
scuntur in vbo que vtriq supnālis et beatifica est. de cogni
tiōe vo nāli: quā vocat ipse vespertinā nō illud dicit: sed
oppositū vt supra recitatū est. ¶ Ad 4m dico p q si seq T.c.52.
mur sonū illorum vborum pbaretur q corpus inaiatū nō posset
agere in sensum: qd tū expsse est ꝯ phm 2º de aia q vult cap. 2º
q sensibilia exteriora sint actiua sensationū vel sz alios
spēcierum in sensu. Et silr Aug. 2. de tri. Itē sm h phantasm a
ta nec spēm nec itellectionē causarēt in itellectu: qd est
ꝯ phm: et nec doctor pdictus hoc diceret. ¶ p. Esset cō ꝯfirma:
tra eundēmet Aug. qui vt in pcedentibus qonibus pz: vult
q ois res quācūq cognoscimus cōgenerat in nobis noti
tiā sui: et. 14. de tri. dicit q quedā cognoscibilia cognitio cap. 10
nem interpositione tēporis antecedunt: sicut sunt ea sen
sibilia que iā erāt in rebus tpalibus anteq cognoscerentur.

Quedā vō simł eē icipiūt velut si aliqd visibile:qđ oīno
nō erat ante oculos nostros oriaꝛ cognitionē nostrā vtiꝗ
qȝ nō pcedit:ꝛ moꝝ subdit.verūtn̄ siue tpe pcedētia:siue
simul eē icipiāt cognoscibilia cognitionū gignūt nō co-
gnitiōe gignanꝛ:ꝛ pȝ hic ꝙ loquiꝛ de sensibilib⁹:nō igiꝛ
vult ipse negare simplr corp⁹ agere in spm̄:sed solūmō
intēdit ꝙ nō agit:sicut agēs totale effect⁹ recepti in spū
sicut ptibile aut ipm agere non negat:aliogn ɔ̄dicerēt si-
Ad 5ᵐ bi:vt pȝ ex dictis:qđ nō est putādū. ¶ Ad 5ᵐ dōm.ꝙ eꝗ
bene cōcludet ponēdo spēs inatas ꝙ angelus per nullaȝ
distantiā ipediret a cognoscendo rem vllaȝ:vnde ꝛ illud
ɔ̄ns cōcedunt doctores:quoꝝ rōnes solute sunt mihi:tn̄
videt alr respōdēdū ad argumētū.ꝛ dico ꝙ nō est neces-
sariū ꝙ res cognoscenda ab angelo causet spēm suam in
medio:nam vna aīa separata cognoscit nālr aliā distan-
teȝ:sicut pȝ de aīa diuitis epulonis que cognoscebat alaȝ
Laȥari:ꝛ silr alam Abrae a quarum qualibet loco dista
bat:sicut pȝ ex verbis euāgeliste dicentis ꝙ diues ille.i.
aīa que fuit illius diuitis vidit Abraaȝ a longe:ꝛ similr
ex responso Abrae dicētis magnum chaos iter hos ꝛ il-
los firmatum esse.Sed constat ꝙ nec aīa Abrae nec aīa
Laȥari suas spēs causabant in medio:cū mediū non sit
susceptibile spērum rerū spiritualiū.Et cū inferꝛ ꝙ tūc
per nullam distātiam ipedireꝛ notitia angeli:nego ɔ̄se-
quentiam:nā nō obstāte qđ dcm̄ est de aīa sepata adhuc
pp distātiā ipedit:sicut expsse vult Aug.in li° de cura p
mor.agēda.est.n.snia eius ꝙ ale exntes in inferno nihil
pnt scire.s.nāliter de his que actualr fiunt in mūdo:nisi
discant relatione coꝝ qui hinc illuc descēdūt:ꝛ per hūc
modū dicit Abraam sciuisse quales in mundo fuerāt di
ues ille ꝛ Laȥarus:ꝛ ideo dicit Aug.pinde fatēdum est
nescire qdem mortuos qd hic agatur.s.dūȝ hic agiꝛ:po-
stea vō audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergūt.
hoc aūt non possent nisi accedentes illuc viderent:quos
tamē hic existentes non cognoscebant.

2ᵒ arti. **Quantū** ad 2ᵐ arti° pmitto vnā distinctionē de in-
telligere discurrēdo:potest.n.quātū ad p-
San.Th. positū sufficit accipi triplr.vno modo vt idē sit qđ vnū
pt.1.q.58. post aliud itelligē.Scđo vt sit idem qđ vnū per aliud i-
arti.3. telligē.Tertio vt sit idē qđ vnū post aliđ:ꝛ per aliud in-
telligere siue qđ in idē venit:aliqd pus ignotū per aliud
pus notū cogscē:ꝛ h mō stricti⁹ ꝛ magis pprie sumiꝛ in-
telligere per discursuȝ:ꝛ in h sensu negāt angelū itelligē
discurrēdo g h negāt:ꝛ pprie ēt talis discursus iter noti
tias cōplexoꝝ accipiꝛ. ¶ His premissis pono ɔ̄nes tres
p°ɔ̄ affirmatiuas sm tres acceptiōes pdictas. ¶ Est ergo p°
ɔ̄clusio.ꝙ angelus nāliter itelligit discurrēdo sm pᵐ sen
suȝ.h pbaꝛ.nā angelus aliquā rē icipiētē eē distincte co
gnoscit:ꝛ silr vitates aliꝗs ɔ̄tingētes de ipsa:quā ꝛ q̄s ali
quādo nō cognouit:qn̄ tn̄ alias res ꝛ alias veritates co-
gnoscebat.igiꝛ angelus cognoscit discurrēdo ad sensuȝ il
lū.ɔ̄ña est nota.aīs pbaꝛ ex dictis in pmo arti.nam reȝ
futurā angelus nō cognoscit distīcte:ꝛ p ɔ̄ns nec eius sin
gulares vitates ɔ̄tigētes:nec est dubiū ꝙ nūc dū illa fu-
tura est cognoscit alias res ꝛ vitates:ꝛ qn̄ illa res erit p-
2°ɔ̄ sens:tūc cognoscet illā:sicut eas que nūc sunt. ¶ 2°ɔ̄ est.
ꝙ angelus itelligit discurrēdo scđo mō:ꝛ ne fiat in vba
calūnia:quādocūꝗ dico itelligit p eodē accipio qđ p cō
uenit itelligē:ꝛ semper loquor de cognitiōe nālr ab ipso
poli hīi.hāc ɔ̄nem pbo sic.aliꝗs veritatē nō imediataȝ
angelus cognoscit.igiꝛ vnū per aliđ cognoscit.ꝛ per ɔ̄ns
discurrit scđo mō.ɔ̄ña pbaꝛ.qꝛ oīs veritas cognita non
per aliā seu per notitiā alteri⁹ vitatis est veritas imedia
ta saltē illi cui sic ē cognita:vt pȝ ex diffōne ppōnis im-
mediate pmo posterioꝝ.s.q̄ nō est altera poꝛ.supple qua

ipsa cognoscaꝛ:vt cōiter exponiꝛ:ꝛ eodē mō sumo vita
teȝ imediatā.aīs declaro.Sumo vbi grā vitatē istā.sol
eclipsabiꝛ tali tpe.vel istā ɔ̄ditionalē.Si mūdus ꝛ cur-
sus astroꝝ durabit vsqȝ ad tātū tps sȝ dispōnē q̄lis nūc
est tali die sol eclipsabiꝛ.istā vitatē nō est dubiū eē notā
angelo:cū sit nota vel eē possit ēt hoi astrologo:ꝛ nō ē ei
nō p se siue ex termīs:vt pȝ ēt qꝛ cuilibet nr̄m qui vtriꝗ
terminos nouimus eēt nota.Itē nō est sibi nota ex aliꝗ
notitia itiutiua vna aut plib⁹:sȝ qꝛ nouit qn̄ sol ꝛ luna i
talib⁹ pūctis erūt.igiꝛ nō est sibi imediata.Idē posset p
bari de vitatib⁹ pluim effectuū nāliū:quos futuros ange
lus pnoscit:ꝛ nō nisi p notitiā suaꝝ cāꝝ:vn̄ Aug.in de di
uinatiōe de.dicit ꝙ demon in aeris affectiōe atqȝ iordi-
natiōe sibi nō nobis ignota futuras puidet tēpestates.i.
p notitiā qua nouit aerē sic eē affectū ꝛ iordinatū cogno
scit ꝙ tēpestas erit. ¶ 3ᵃ ɔ̄ ē.ꝙ angelus itelligē pōt dis- 3ᵃɔ̄
currēdo tertio mō.hāc pbo:qꝛ si deꝛ oppoᵐ.seqꝛ ꝙ dia-
bolus glȝ simł actualr nouit distīcte ifinitas vitates spe
differētes:ꝛ vlteri⁹ ēt ꝙ hȝ sił actu ifinitas notitias spe-
cifice distinctas vel vnā eqvalentē infinitis specifice di
stictis.ɔ̄ns vtrūꝗ puto nō eē dādū.ɔ̄ntiā declaro in exē
plo iā sumpto de sole:ɔ̄stat.n.ꝙ si mūdus ꝛ cursus astro
rū vniformiter ppetuareꝛ a deo ifinities sol eclipsareꝛ:
cū igiꝛ diabolus quālibet eclipsim futurā seu quocūqȝ
tpe sol sit eclipsandus posset cognoscē:si nō possit scire
per discursuȝ mō isto.igiꝛ sił nouit qñcūqȝ eclipsabiꝛ.ꝛ
per ɔ̄ns simł nouit ifinitas tales vitates si mūdus ꝛ cur-
sus astroꝝ ppetuabiꝛ vniformiter.In tpe a.eclipsabiꝛ
sol si mūdus ꝛc.In tpe b.sol eclipsabit ꝛ sic de alijs tē-
porib⁹.Idē pȝ i alio exēplo:nā ɔ̄stat ꝙ figure angulares
in ifinitū sūt multiplicabiles p additionē anguloꝝ.v.g.
possibilis est figura triāgularis.polis ēt est aliꝗ q̄drāgu
laris:ꝛ itē aliꝗ pētangularis:ꝛ sic in ifinitū supposito ꝙ
ɔ̄tinuū sit ifinite diuisibile.de q̄libet aūt spē figuraꝝ sci
bilis est aliꝗ ppa passio:certū ē igiꝛ sm pdicta ꝙ diabo
lus sił cogscit ifinitas ɔ̄nes ꝛ vitates specifice distīctas.
¶ R.Mihi vi valde mirabile dictu ꝙ nullā vitatē ne-
cessariā cogscibilē nālr diabolus ignoret:ꝛ tn̄ oporteret
h dicē sȝ illā viā:nā si aliꝗs ignorat vel illa est mediata
vel imediata:si mediata.g p porē cogscibilis:ꝛ p ɔ̄ns ali
q̄ ignota p aliā pus notā cogsci pōt ab eo:ac p h per dis-
cursuȝ h 3ᵒᵒ sumptū:cui⁹ oppoᵐ poniꝛ.Si vō illa ignota
ē imediata.igr̄ p locū a miori.seqꝛ ꝙ aliꝗ mediata ē sibi
ignota:ꝛ p ɔ̄ns vt pus aliꝗ ē ab eo cogscibilis per discur
suȝ. ¶ Pro opi.opposita nō adducūt opinātes aliā rōnē
q̄ȝ illā psuasionē de cōpōne corpoꝝ supmoꝝ ad infima
q̄ soluta ē i arti.pcedēti.ꝛ auctē Dio.allegatā in 2ᵒ argu-
mēto facto ad q. ¶ Ad pᵐ igiꝛ argumētū cū dī ꝙ ab extre ad argᵐ
